

PROPER of the MASS

ST JOHN OF GOD

March 8

Psalm 36: 30-31 INTROIT

OS justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. *Ps.* Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. Gloria Patri.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. *Ps.* Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, qui beatum Joannem, tuo amore succensum, inter flammam innoxium incedere fecisti, et per eum Ecclesiam tuam nova prole fecundasti: præsta ipsius suffragantibus meritis: ut igne caritatis tuæ vitia nostra curentur, et remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum.

O God, who didst cause blessed John, when burning with love of Thee, to walk unscathed through flames, and who by him didst enrich Thy Church with a new religious order: grant through the help of his merits, that our vices may be healed by the fire of Thy love, and that we may receive remedies unto eternal life. Through our Lord.

Ecclesiasticus 31: 8-11 EPISTLE

BEATUS vir, qui inventus est sine macula: et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia invita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Blessed is the man that is found without blemish, and that hath not gone after gold, nor put his trust in money nor in treasures. Who is he, and we will praise him? for he hath done wonderful things in his life. Who hath been tried thereby, and made perfect, he shall have glory everlasting: he that could have transgressed, and hath not transgressed: and could do evil things, and hath not done them: therefore are his goods established in the Lord, and all the Church of the Saints shall declare his alms.

Psalm 91: 13, 14

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

Psalm 111: 1-3

BEATUS vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Gloria et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Matthew 22. 34-46

IN illo tempore: Accesserunt ad Jesum pharisæi: et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophætæ. Congregatis autem pharisæis, interrogavit eos Jesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

Psalm 88: 25

VERITATIS mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

GRADUAL

The Just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus in the house of the Lord. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

TRACT

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth for ever and ever.

GOSPEL

At that time the Pharisees came to Jesus, and one of them, a doctor of the law, asked Him, tempting Him: Master, which is the great commandment of the law? Jesus said to him: Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole soul and with thy whole mind. This is the greatest and the first commandment. And the second is like to this: Thou shalt love thy neighbour as thyself. On these two commandments dependeth the whole law and the prophets. And the Pharisees being gathered together, Jesus asked them, saying: What think you of Christ, whose son is He? They say to Him: David's. He saith to them: How then doth David, in spirit, call Him Lord, saying: The Lord said to my Lord: Sit on my right hand until I make Thy enemies Thy footstool? If David then call Him Lord, how is He his son? And no man was able to answer Him a word; neither durst any man, from that day forth, ask Him any more questions.

OFFERTORY

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

SECRET

LAUDIS tibi, Domine hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos et presentibus exui malis confidimus, et futuris. Per Dominum.

In memory of Thy Saints, O Lord, we offer Thee the sacrifice of praise, by which we trust to be freed from both present and future evils. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominaciones, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

Matthew 24: 46-47

BEATUS servus, quem, cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

COMMUNION

Blessed is that servant, whom when his Lord shall come he shall find watching: amen I say to you, he shall place him over all his goods.

POSTCOMMUNION

REFECTI cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cujus hæc commemoratione percepimus, ejus muniamur et precibus. Per Dominum.

Refreshed by meat and drink from heaven, O God, we humbly entreat Thee, that we may be protected by the prayers of him in whose memory we have partaken. Through our Lord.